etiam vt puer. Prius enim hoc fit. Et, ſi vt puer,etiam vt vir, principium enim illud eſt. Et quorum amor,vel cupiditas natura eſt. nemo enim ea quæ fieri non poſſunt, amat, aut cupit plerunque. Et quorum ſcientiæ ſunt,& artes:poſſunt ea & eſſe,& fieri. Et quorum principium , vt oriantur in iis eſt, quæ & nos coegerimus , & perſuaſerimus: hæc verò ſunt,quibus meliores ſumus,vel domini, vel amici. Et quorum partes fieri poſſunt,etiam totum fieri poteſt. Et quorum totum fieri poteſt,etiā partes plerunque.Si enim obſtragulum,& ligula , & ſolea fieri poſſunt , etiam calcei poſſunt fieri:&,ſi calcei,etiam obſtragulū, & ligula, & ſolea : & ſi genus totū eorum, quæ poſſunt fieri,etiam forma.Et ſi forma, etiam genus. vt ſi nauis fieri poteſt , etiam triremis:&,ſi triremis:etiam nauis. Et,ſi alterum eorum , quæ natura inter ſe conferuntur, etiā alterum : vt ſi duplum, etiam dimidium:&,ſi dimidium,etiam duplum. Et ſi ſine arte, vel apparatione poteſt fieri aliquid , magis per artem , & diligentiam fieri poteſt. vnde & ab Agathone dictum eſt, Atqui alia quidem fortunæ facere,alia verò nobis neceſſe eſt , & ars adhibetur. Et quod à deterioribus , vel inferioribus, vel imprudentioribus fieri poteſt,etiam à contrariis magis, vt etiam Iſocrates dixit, Graue eſſe Euthynum didiciſſe,ipſum verò non potuiſſe inuenire. Quæ verò fieri non poſſunt, manifeſta ſunt ex contrariis eorum,quæ dicta ſunt. Factum autem ſit, nécne , ex his conſiderandum. Primùm quidem , ſi quod minus vt fiat, natura aptum eſt,factum eſt etiam quod natura aptius eſt,factum fuerit. Et, ſi poſterius ſolitum fieri factum eſt, etiam prius factum eſt , vt ſi obliuionem cepit, etiam didicit hoc aliquando.Et,ſi potuit,ac voluit,fecit: omnes enim , quando cùm poſſint, volunt, faciunt. nam impedimentum nullum eſt. Et ſi voluit , & nihil extra prohibuit. Et ſi potuit,ac iratus fuit.Et ſi potuit, ac concupiuit:plerunque enim quæ appetunt,ſi poſſint,etiam faciunt,mali quidem propter intemperantiam:boni verò,quoniam bona cupiunt.Et ſi debuit fieri,& facere : veriſimile enim eſt,eum, qui facturus fuit,etiam feciſſe. Et,ſi antè facta ſunt, quæcunque naturaliter fiunt ante illud, vel cauſſa illius , vt ſi fulſit, etiam tonuit: &,ſi conatus eſt,etiam fecit. Et,ſi quæcunque vt poſterius fiant , naturam habent,

A καὶ παῖδα· πρότερον γὰρ ἐκεῖνο γίγνεται· καὶ εἰ παῖδα, καὶ ἄνδρα· ἀρχὴ γὰρ ἐκείνη. καὶ ὧν ἔρως ἢ ἐπιθυμία φύσει ἐστίν· οὐδεὶς γὰρ τῶν ἀδυνάτων ἐρᾷ, οὐδὲ ἐπιθυμεῖ ὡς ἐπιτοπολύ. καὶ ὧν ἐπιστῆμαί εἰσι καὶ τέχναι, δυνατὸν ταῦτα καὶ εἶναι καὶ γενέσθαι. καὶ ὅσων ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἐν τούτοις ἐστὶν, ἃ ἡμεῖς ἀναγκάσαιμεν ἄν, ἢ πείσαιμεν. ταῦτα δὲ B ἐστὶν, ὧν κρείττους, ἢ κύριοι, ἢ φίλοι. καὶ ὧν τὰ μέρη δυνατὰ, καὶ τὸ ὅλον. καὶ ὧν τὸ ὅλον δυνατὸν, καὶ τὰ μέρη ὡς ἐπιτοπολύ· εἰ γὰρ πρόσχισμα, καὶ κεφαλὶς, καὶ χιτὼν δύναται γενέσθαι· καὶ εἰ ὑποδήματα, καὶ πρόσχισμα, καὶ κεφαλὶς, καὶ χιτών. καὶ εἰ τὸ γένος ὅλον τῶν δυνατῶν γενέσθαι, καὶ τὸ εἶδος. καὶ εἰ τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος· οἷον, εἰ πλοῖον γενέσθαι δυνατὸν, καὶ τριήρη· καὶ εἰ τριήρη, καὶ πλοῖον. C καὶ εἰ θάτερον τῶν πρὸς ἄλληλα πεφυκότων, καὶ θάτερον· οἷον, εἰ διπλάσιον, καὶ ἥμισυ· καὶ εἰ ἥμισυ, καὶ διπλάσιον. καὶ εἰ ἄνευ τέχνης ἢ παρασκευῆς δυνατὸν γενέσθαι τι, μᾶλλον διὰ τέχνης καὶ ἐπιμελείας δυνατόν· ὅθεν καὶ Ἀγάθωνι εἴρηται·

Καὶ μὴν τὰ μέν γε τῇ τύχῃ πράσσειν·
τὰ δὲ
D Ἡμῖν ἀνάγκη καὶ τύχη προσγίγνεται.

καὶ εἰ τοῖς χείροσιν ἢ ἥττοσιν ἢ ἀφρονεστέροις δυνατὸν, καὶ τοῖς ἐναντίοις μᾶλλον· ὥσπερ καὶ Ἰσοκράτης ἔφη δεινὸν εἶναι, εἰ ὁ μὲν Εὔθυνος ἔμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνήσεται εὑρεῖν. περὶ δὲ ἀδυνάτων δῆλον ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων τοῖς εἰρημένοις ὑπάρχει. εἰ δὲ γέγονεν, ἢ μὴ γέγονεν, ἐκ τῶνδε σκεπτέον. πρῶτον μὲν γὰρ, εἰ τὸ ἧττον γίγνεσθαι πεφυκὸς γέγονε, E γεγονὸς ἂν εἴη καὶ τὸ μᾶλλον. καὶ εἰ τὸ ὕστερον εἰωθὸς γίγνεσθαι γέγονε, καὶ τὸ πρότερον γέγονεν· οἷον, εἰ ἐπιλέλησται, καὶ ἔμαθέ ποτε τοῦτο. καὶ εἰ ἐδύνατο καὶ ἐβούλετο, πέπραχε· πάντες γὰρ, ὅταν δυνάμενοι βουληθῶσι, πράττουσιν· ἐμποδὼν γὰρ οὐδέν. ἔτι, εἰ ἐβούλετο, καὶ μηδὲν τῶν ἔξω ἐκώλυε. καὶ εἰ δυνατὸν, καὶ ὀργίζετο. καὶ εἰ ἐδύνατο, καὶ F ἐπεθύμει· ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ, ὧν ὀρέγονται, ἂν δύνωνται, καὶ ποιοῦσιν, οἱ μὲν φαῦλοι, δι' ἀκρασίαν· οἱ δὲ ἐπιεικεῖς, ὅτι τῶν ἐπιεικῶν ἐπιθυμοῦσι. καὶ εἰ ἔμελλε γίγνεσθαι, καὶ ποιεῖν· εἰκὸς γὰρ τὸν μέλλοντα καὶ ποιῆσαι. καὶ εἰ γέγονεν ὅσα πέφυκε πρὸ ἐκείνου, ἢ ἕνεκα ἐκείνου· οἷον, εἰ ἤστραψε, καὶ ἐβρόντησε. καὶ εἰ ἐπείρασε, καὶ ἔπραξε. καὶ εἰ ὅσα ὕστερον πέφυκε γίγνεσθαι, ἢ οὗ ἕνεκα